

Praclare mihi de rebus mortaliū mereri uidere mi Hittorpi, cū optimos subinde
 auctores, & uel ad religionem, uel ad alias uitae partes utilissimos repurgas atq; re-
 cudis. Nam cū his qui in urbibus olim, aut tabulam aliquam, aut moeniū partem
 refecerant, coronas, aliaq; praemia decreuerit antiquitas, qd tibi debet, qui summa fide
 diligentiaq; multos iam scriptores, e tenebris erutos, deterfo situ ac squalore, in lucem
 reduxisti: cū nulla monumenta perinde uitam ornent, nulla moenia, nulla propugnacu-
 la respu. fidelius communiant, q̄ litera. Mihi profecto hoc seculū, si, aut pulcherrimi la-
 boris, quem in ueteribus autoribus restituendis nonnulli collocant, utilitatem non in-
 telligit, aut liberalissime merētibus nullā habet gratiā, magis barbae uidet, q̄ fuisse ulli
 unq; Scythae. Ego sanē ingens me beneficiū accepisse cōfiteor, cū Plinius tuus huc alla-
 tus est, doctissimi uiri Iohānis Caesarii industria, plurimis in locis emēdatus atque illu-
 stratus. Nam cum Plinius uelut in compendium contraxerit uniuersam naturae scien-
 tiam, ille mihi unus liber semper uisus est instar locupletis bibliothecae esse. Dii seruent
 Caesariū, qui pulcherrimo quidem operi, ue: undiq; & tempore iniuria, & chalcogra-
 pho: inscitia deprauato, mederi conatus est: in magnis rebus uel uoluisse praeciae dus-
 cunt, etiam si pa: successerit. Hic autē ut non omnia sanarit Plinii uitia: interdū enim ut
 Ouidius, inquit, docta plus uale et arte malū. At plurima uulnera adeo feliciter curauit,
 ut nec cicatrix extet. Paulo ante à Pliniana lectione absterrebanē honestae: artiū studiosi:
 & quemadmodum uiam dumis ac uepribus obfitam, qui iter faciūt, uitant, ita autorem
 lace: mēdosum, mutilatū, nemo attingebat: uidebaturq; futu: ut neglectus aliqñ pror-
 sus periret, aut à blattis arrosus, aut etiam à cauponū genere in scōbros uersus. Nunc il-
 le tanq; diuīo aliquo pharmaco, senio exuto repubescit: & bona spes est, cū salebrae illae,
 quae lectores antea morabant, complanatae sint, habitu: deinceps Pliniū, & cultores, &
 lectores frequentiores. Id uero ad uniuersam rem literariam conseruandam tuendamq;
 plurimū momenti attulerit. Quam multis em̄ autoribus non Latinis tm̄, sed Graecis et-
 iam uita reddita est Plinio restituto? Nam ut alios omittā, nec Aristotelis historia animā
 tiū, nec Theophrasti scriptū de plantis à nobis intelligi sine Plinio p̄t. Multos hic in illis
 locos interpretat, ut Graeci dicūt, *παραφρασικός*: multos eo uerbo: genere exprimit,
 & cū uerbū ex uerbo uertit, qd Graecae lectioi magnam lucem adfert. Proinde cū & tuo
 sumptu, & Caesarii labore Pliniū habeamus propemodū fartū, rectū, multū utriq; no-
 stri seculi homines, multū posteritas debebit, q̄ uobis autoribus classicus scriptor lite-
 rariae supellectili accessit. Demosthenem accepimus, cū Athenis publica bibliotheca in-
 cendio consumpta esset, ibiq; Thucydidis historiae forte conditae, unā periissent, memo-
 riter reposuisse integrū illius scriptū. Non minorē profecto seruati Plinii laudem Ca-
 sarius ad posteros afferet, quā & propter renouatū Thucydidē, Demosthenes. Olim
 regū erat munus, illustres auctores ab interitu uindicare, & bibliothecas instruere. Nūc
 in tanto regū ueterno, priuati quidam homines cupidi reipub. iuuandae, hanc prouin-
 ciā sibi sumūt defendendae & amplificandae rei literariae: quibus hoc plus gratiae debet,
 q̄ magno cū periculo fortunae suae, & magna cū inuidia depugnandū illis est cum
 quodam hominū genere, quod, impio praetextu religionis, summa ui literas opprimere
 contendit. Porro inter humana omnia nullū erat honestius ornamentū religionis, q̄ li-
 tera. Optarim autē & eos auctores publicari, qui ueterem historiam re: inter Christiana
 nos gesta: continent. Quod si fieret, de plerisq; quae hoc tempore in dubiū uocant, iu-
 dicari, statuiq; commodius posset. Proinde q̄ Egesippū excudis ueterem scriptorem,
 & non impug: uehementer probo. Nam & exemplū deletae Iudaicae nationis dignum
 est, quod semper ob oculos nostros uerferur: unde magnitudinem ac uim irae diuinae
 aduersus impios aestimemus. Et quae de Christianae religionis incunabilis ac propugna-
 tione scribit, non erat committendum, ut interciderent. Nam qui nullam antiquitatis
 notitiam habent, hi mihi, nihilo certius uel de religione, uel de rebus aliis honestis iudi-
 care posse uidentur, quā illi, quos finxit Plato in specu rerum simulacra tantum pro-
 cul uidere, non intueri propē res ipsas, Vale, Vuitenbergae, y, Caleñ, Martiū,

De Plinio p. Ioā-
 nez Caesariūz res
 strato.